Castren Capitan Praemislien Tribus dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationibus ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia fori simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalijs Juris praescriptione Terrestri, bellorum conuentioneque, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Kruszelnicki Consorti sua Reformat 124

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Praemisliensibus Nobilis Fedinus Lazorowicz Kruszelnicki olim Nobilis Fedorij Lazurowic Kruszelnicki cum olim Nobili Anna Kruszelnicka Consorte eius legitima procreatus filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni, quoad actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis gratis omnibus totaliter et plenarie subijciendo atque incorporando palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Nobili Annae Golanska olim Nobilis Alberti Golanski cum Nobili Marianna Podhorodecka Consorte eius legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae eiusque posteris summam Quinquaginta

florin

Florem polon, postq. acceptam et in domum suam impo tatt ratione dotis. Nec non et aliam similem summam Quinquaginta Florenorum Polonicall in et super tota et integra medietate Bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium summarumq. quarumvis pecuniarum nec non auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum equorum equitumq. ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat. Quam quidem medietatem omnium et singulorum Bonorum suorum eadem Consors sua cum omni eorundem iure Dominio, Proprietate Competentiaq. et praerogativa quavis: Cumq. omnibus et singulis Utilitatibus, fructibus Proventibus, Redditibus, Commodis Emolumentis, obventionibus attinentijsq. et pertinentijs generaliter Universis nullis penitus exceptis tenebit habebit et possidebit, illisq. quiete et pacifice utifruetur more ac iure aliarum Reformationum hactenus et diutius in Regno observari solitarum.

G. Dydinskia b Aresto Recedit 425

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemislien Gnosus Joannes Dydinski Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq. Suis qui busvis